



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 16. Symmachi Papæ Epistolæ ad Orientales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. A. C. 512. Abbatem. Verum Patriarcha Monachos dimisit iussos S. Virum investigare. Cum Festum Dedicacionis S. Sepulchri advenisset, S. Sabas, ut Abbates solebant, Jerosolymam perrexit; eumque Elias Patriarcha lætitia exultans, quod viveret, ad Lauram suam remisit.

n. 35.

n. 36.

Monachi seditiosi ipso adveniente recesserunt, & prope Thecuam Cellulas ab aliis derelictas occuparunt. Hæc novæ Lauræ origo fuit. S. Sabas, postquam comperit, ubi essent, secutus est eos, omnia, quæ deficiebant, suppeditavit, & accedentibus Patriarchæ Beneficiis, Ecclesiam ipsis ædificavit, anno ætatis S. Viri sexagesimo nono, id est, 507. dedicatam. Cum tanta charitas rebelles animos emolliisset, Superiorem, cui nomen Joannes, Discipulorum ipsius primum, receperunt. Alia præterea fundavit Monasteria, cum de loco uno in alium sapius migravit, septemque ipse solus rexit. Talis erat S. Sabas, quando eum Elias Patriarcha ad Anastasium Imperatorem ea, ut retulimus, Legationis fortuna dimisit.

§ XVI.

Symmachi Papæ Epistolæ ad Orientales.

Ecclesia Orientalis his modis afflictæ a Symmacho Papa opem imploravit, data

data amplissima Epistola, quæ pro veteri more etiam ad ceteros Occidentis Episcopos directa videtur. Orientales in Communionem Papæ (*) restitui petunt, & nulla pœna puniri propter Acacii culpam, cujus participes non essent, cum S. Leonis Epistolam, & Concilium Calcedonense reciperent. *Ne ideo nos repellite, inquit, quod cum Adversariis nostris communicemus, nam qui communicant, non vitæ amore, aut timore mortis id faciunt, sed ne greges suos Hæretici tanquam lupi rapaces invadant. Et omnes tam illi, qui in speciem communicant, quam illi, qui abstinent, post Deum auxilium vestrum expectant, sperantque, vos Orienti Lucem, quam a principio inde accepistis, reddituros. Tanta est calamitatis nostræ acerbitas, ut ne quidem ad vos ire, & remedium quærere liceat, sed necessarium est, ut vos veniatis. Tandem, ut Catholicos esse liqueat, quam Doctrinam teneant, in fine Epistolæ profitentur. Nestorium, & Eutychen aperte damnant, & duas in Jesu Christo Naturas divinam humanamque in una Persona conjunctas fatentur.*

Episto-

(*) Invidium contra omnes Argumentum, qui putant se posse esse Orthodoxos, etiam si cum Ecclesia & Pontifice Romano non communicent.

Sæculum VI.
A. C. 512.

To. 4. Conc.
p. 1304.

Sæculum VI. Epistolam habemus Symmachi Papa
 A. C. 512. ad Orientales datam, quæ ad illam, cu-
Ep. 8. p. 1301 jus modo meminimus, responsum esse
 videtur, etsi de ea expresse mentio non
 fiat. Papa Orientales consolari cona-
 tur, (*) hortaturque, ut iis, quæ semel
 contra Eutychem definita fuerunt, con-
 stanter inhæreant, & si necessarium fue-
 rit, pro Fide exilium, & ultima omnia
 patiantur. Vult, ut a Communione Eu-
 tychianorum recedant, & pronunciat,
 nullum aliud superesse Remedium, quo
 ad Communionem S. Sedis redeant,
 quam si illos, quos S. Sedes condemnavit,
 nimirum Eutychem, Dioscorum, Timo-
 theum, Petrum, & Acacium, conde-
 mnent. Ac si diceret, Professionem Fi-
 dei Orientalium, ut ut sit Catholica, ni-
 hil prodesse, nisi simul istos homines conde-
 dem-

(*) Dicit Tillemontius in Articulo: *S. Ma-
 cedonius*, je ne fai si les Orientaux s'etoient
 aussi adressés aux Evêques des Gaules. Mais
 ils trouverent plus de bonne volonté dans un
 Pais si éloigné d'eux même parmi les Barbares
 & les Ariens qu' ils n'en avoient trouvé a Ro-
 me. Nempe Orientales meliorem voluntatem
 invenisse in Barbara Natione quam Romæ. Hæc
 conjectura Tillemontii de numero illarum est,
 quas sine sufficiente fundamento affert. Quid
 aliud Symmachus Papa facere potuisset regnan-
 te Anastasio Principe Hæretico vaferrimo?

dement. Hæc Epistola octavo Octobr. Sæculum VI.
 post Consulatum Felicis, id est, anno A. C. 512.
 512. data est.

§. XVII.

S. Cæsarius in Italia.

Sub idem tempus Cæsarius Arelatensis
 Romam venit, nova enim exorta
 tempestas Virum sanctum in Italiam pro-
 ficisci compulit. Urbs Arelatensis Regi
 Theodorico parebat. Apud eum iterum *Vit. S. Cæs.*
 accusatus S. Cæsarius, comprehenditur, *lib. l. n. 19.*
 & sub fideli custodia adducitur. Ubi
 Ravennam pervenit, Regiam intravit,
 salutavitque Regem, qui conspiciens Vi-
 rum intrepido animo, & habitu venera-
 bilem, assurrexit, detractoque a capite
 pileo honestissime salvum esse vicissim
 iussit. Tum interrogat, num itinere
 multum fatigatus esset, & quo loco Ci-
 vitatis Arelatensis, Gothorumque, quos
 imposuerat, res staret. Postquam S. Cæ-
 sarius recessit, dixit Rex Theodoricus ad
 suos: *DEus puniat improbos, qui tam
 longum iter sine causa suscipere sanctum
 Virum coegerunt. Ipso ad me ingredien-
 te omnibus artibus trepidavi, tanquam a
 vultu Angeli. Nefas est malum de Viro
 tam venerabili suspicari.*

Tum Rex in S. Viri Diverforium ar-
 genteam pelvim librarum sexaginta, tre-
 centosque solidos misit, iussitque Mini-
 stros

Hist. Eccles. Tom. VII.

R

stros